neminẽre q̃ pdit per peccatuz mortale. dicebat hic Bar. propter tale periculum animarum vsuram esse crimen ecclesiasticum. Item quia leges tale crimen non prohibebant immo permittebant attendendo vtilitates ⁊ necessitates hominum. ideo necessarium fuit q̃ canones se intromitterent. ne crimen vtroq̃ testamento prohibitum impune transiret. Joan. mona. hic super rubrica late prosequitur hoc dictum. primo sic probans q̃ vsura non sit crimen ecclesiasticum. vsura est species furti. nam qui vsuram accipit rapinam facit. xiiij. q. iiij. si quis vsuram. ⁊ qui rapit fur improbior est. Insti. vi bo. rap. in prin. ⁊ in dialogo. sub prohibitione furti continetur rapina. xiiij. q. v. penalt. sicut ergo furtum est secularis fori. sic ⁊ rapina que ẽ eius species. Etiam contrarium alleg. de offi. ordi. c. j. de fo. compe. cum sit soluit dicens q̃ vsura sit contra naturã rei. nam ꝑm Philosophum pecunia non est bonum per se sed est mensura bonorum. ad id. ff. de contraben. emp. l. j. j. respon. ff. de fideius. l. si ita fideiussorem accepero ⁊ qz mensura non parit. sed partũ sibi infusum reddit. ob hoc q̃ pecunia parit pecuniam est contra naturam rei. licet ex rebus naturalibus acquiratur pecunia ⁊ econtra. sed q̃ ex pecunia acquiratur pecunia est contra naturam vel preter. Et vide q̃ plenius dicam de regu. iuris peccatuz ver. secundo querebatur propter hoc dicit q̃ domus rei. vel eius vicarius de hoc abusu cognoscit eius. n. ẽ terra ⁊ plenitudo eius. de decimis tua leditur ergo ꝑ abusum rei siue propter quod vicarius eius cognoscit ⁊ propter rationes j̃. scriptas ne nimis generalis sit predicta ratio. sed in furto non sic. regulariter enim sic res ẽ aperta mea sicut tua. ex contractione rei non ledo naturam rei sed proximum. Regulariter. dixi propter decimas ⁊ similia. que non cadunt sub regula ⁊ certum est q̃ spiritualia ⁊ ab eis dependentia spectant ad ecclesiam iura sunt nõ. reddebat etiam rationem quaz hic premisi post Bar. Item vt dicit ecclesia cognouit de hoc crimine a tempore. cuius non est memoria ⁊ sic haberi debet iure constituti. ff. de aqua co. ⁊ ex l. hoc iure. §. ductus aque ⁊ consuetudo causam de iure secularem facit ecclesiasticam de iudicijs nouit circa prin. ⁊ ẽ. eo. libro. de excep. c. ij. Dicit ergo per predicta singula patere responsionem ad obiectum. subdit ergo q̃ est quod dam crimen ecclesiasticum. vt heresis in quo non distinguimus clericum reum a laico. ẽ. eo. libro de hereti. vt inquisitionis. §. ij. Est aliud seculare vt homicidium. ⁊ hoc distinguitur ex persona vt de commisso a laico cognoscat laicus. de commisso per clericum cognoscat ecclesiasticus ⁊ sequatur actor fori rei. de fo. competẽ. sit. Ergo non sequitur si crimen est seculare ergo tractabitur in foro seculari. Querit demum an punitus de vsura per iudicem ecclesiasticum possit postea puniri per secularem alleg. q̃ sic. j̃. de penis. c. fi. in fi. de foro compe. cum sit de officio ordi. c. j. saltim in eo quod excedit. ff. vi bo. rap. l. j. Sed quomodo puniet si non est de suo foro. So. potest etiaz dici de suo foro eomodo quo dicuntur vtroq̃ iuꝛ prohibite ꝑm remissionem q̃ dat hic. iij. glo. Tractat etiam an vsura petatur vt interesse. ⁊ de hoc. eo. ti. conquestus. exhauriꝛ. vt scripsi post Inno. super rubrica paupertas periculosa est nisi apud illos quibus speciali dono dei conceditur ⁊ ex ea facile proueniunt animarũ pericula. ⁊ hoc fuit vna causa prohibitionis vsure ꝑz eum. precipimus. ⁊ sic necessario parenduz. xiiij. q. j. c. pe. ⁊ vlti. ti. vniuersitas. dicitur ab vno eo q̃ plures coniungantur in vnuz sicut est vniuersitas magistrorũ secularium ⁊ similium personarum ⁊ ꝑm Bar. ⁊ Jo. mo. ⁊ Archi. generalius nomen est q̃z precedens dictio collegium. de hoc. j̃. dicam. super. v. collegiũ ad hoc. ad solam ergo habitationem vel aliquam honestam mercationem conducere non prohibent. ad idez. j̃. ver. nemo. ⁊ q̃ sequitur habitare repete ad hoc honestam dixi qz si sub alicuius cõtractus colore vsuras facerent. puta vendendo mercẽ pro certo precio ei qui querit pecuniã ⁊ non mercẽ q̃z statiz ab ipso recuperãt pro minori. locus esset constitutioni ꝑm Fran. alleg. §. eo. in ciuitate. ⁊. c. naviganti. de empt. ⁊ vendi. ad nostram ⁊ ibi de hac fraude scripsi super. ver. mutuuz ad fi. glo. ⁊ facit cle. eo. ti. et grã di. §. ceterum. In terris suis. §. dixi de terris ipsorum. ⁊ j̃. de terris suis per que patet q̃ licet terra originis sit alia a terra in qua conducunt domum dummodo sint sub eodem dominio immediato non est locus huic constitutioni. vsurarios. dicit Guil. q̃ in italia dicuntur prestatores. in francia caursini. in prouincia renouatores. Dicit Archi. q̃ isti dicunt raptores. xiiij. questio. iiij. si quis vsuraz ⁊ pauperum trucidatores equi. quid dicam. sectatores turpis lucri. auaritie causa. e. questio. quoniam. ⁊. c. nec hoc infideles in pte. c. quid dicam. dicuntur etiam serui. Jo. viij. circa medium. nec possunt de dei ecclesia appellari. nec christo dici subiecti. de peniten. distin. i. ecclesia. dicuntur etiam capitis diminutionem passi. ij. questio. vij. §. quia ergo. ibi dicitur qui facit peccatum seruus est peccati. tam in pena q̃z in culpa. possunt etiam dici filij diaboli non nascendo sed imitando eius opera. ad hoc. xxij. questio. ij. §. item opponitur iuxta prin. nam solo peccato sunt filij diaboli. de penitentia distin. prima. §. hoc idem in fine. ⁊ ideo maledicti dicuntur vnde Joan. chrisostimus dicit q̃ super omnes mercatores est vsurarius maledictus. lxxxviij. distin. eiciens palea est. admissuri. si. ẽ. de coha. cleri. sicut suspensionis. iunge hic litteram ipso facto ⁊c. que sequitur periculosum est prelatis habere iurisditionem tẽporalem terraruz. Rarissima sunt loca in quibus tales vsurarij alienigene non habitent ad mutuandum. et quo concluditur illos aut suspensos si sunt episcopi vel superiores. aut excommunicatos si sunt inferiores. collegiuz. vide q̃ de collegio ⁊ vniuersitate dicam. j̃. de sententia excommunicatio. romana. §. vltimo super glo. per banc vniuersitas. dubitatur an etiam hoc intelligatur de seculari vniuersitate. ⁊ videtur q̃ non per litteram. ẽ. si persone fuerint ecclesiastice. que determinatio videtur durare vsq̃ ad versiculum ceterum. ⁊ sic istud se ampliat ⁊ distinguit ecclesiasticas personas tantum. ff. de auro ⁊ argen. leg. siquis ita sic. xxj. distin. §. primo ⁊ hoc videtur placere clerico pisano. Sed Guil. ⁊ Archidia. contra. qui intelligunt per collegium designari ecclesiasticas personas simul viuentes. per vniuersitatem ecclesiasticas ⁊ seculares separatiz morantes ⁊ sic generaliter dictum generaliter sumatur. ẽ. de priuileg. quia circa. cum concor. rigorosus est iste intellectus ⁊ includit fere totum orbem interdictum. ⁊ ideo prima placet vt in prima glo. terre. vide. ẽ. de verborum significatione. cum in partibus. ⁊ per banc litteram ⁊ superiorez patet aliud esse interdictum vniuersitatis vel collegij ab interdicto terre vel loci. vt etiam dicam. j̃. de sententia excõmuni. si sententia. §. primo super verbo. aliud laici. cuiuscunq̃ dignitatis conditionis vel status. vt. ẽ. cle. compescantur. monitione premissa. dicit Fran. ordinarios in his negligentes qui saltim deberent hanc constitutionem frequenter facere publicari. ẽ. de loca. capitulo. i. de accu. sicut olim. ¶ Prima glo. diuidit ⁊ summat. ¶ Glo. hic ergo respondet per questionem rationis secundo per questionem quid si sit ciuis vel incola. tertio quis oriundus in fi. de differentia. v. verborum remittit. ¶ Glo. manifesti. respon. per questionem qui sint manifesti. ¶ Glo. sic doctor. dat tria similia. Reliquuz respõ. per questionem. ¶ Glo. quid ergo querit ⁊ soluit. ¶ Gl. puta exemplificat prorogat in questione. arguit negatiue ⁊ ponit opinionem Guil. ¶ In glo. nõ. q̃ ibi: equissimuz. cur enim patietur pretor illos ad arma venire quos potest sua iurisditione compescere. ¶ In glo. hoc igitur ibi. l. j. boñ. incola mutiñ. origine. vtrobiq̃ subdit munera. vt ibi filios. coguntur filij subire munera in paterna origine. non in materna. etiam si ibi nati sint non animo constituendi domiciliuz. ¶ In glo. sic doctor. ibi. l. preses. ij. purgat preses prouinciam malis hominibus. non distinguendo vnde sint. ¶ In glo. quid ergo. ibi: si quis ignorans. alias si ignorans quis loquit de illo qui locauit militi hoc ignorans. ⁊ ibi: si cui. semel contra me calumniatus iterũ

accusans calūniati presumitur. ¶ In glo.puta ibi:si vno anno.si locator propter sterilitatem pensionem remittēs vsus est verbo donationis.nihilominus vbertatem anni sequentis compensat. ¶ In glo.i.ibi ꝛ quia idem cle.pi. ꝛ.Boa.sed Bar.ꝛ Jo. mona.qui dividunt in tres ptes tantum has primas duas cōungunt in vnam. ¶ In glo. ij.in fi.dulcedo.dicitur in recipiēte.vorago dicitur in soluente. ¶ In glo.iij.in fi ꝛ.C.e.ti.autem.ad hoc. Archi. remittit ad sū.Ray.e.titu.ℌ.quid de legibus. ¶ In glo. nō.q̄ in fi.ꝛ.s.co.li.de sta.mo.c.vno.in fi. pre.rū. Joan. mo.alleg.C.de lati.liber.tol.l.j.ℌ.sed nec furandi Archi dia.alleg.xiiij.q.iiij.nec hoc quoq;. ¶ In glo. hoc ergo. ibi:indigenas. ſm Guil. ꝛ Bar.ꝛ dicit Fran. se hoc habuisse a cōpositoribus huius constitutionis apud lugduñ. ꝛ ibi : in eis.ſm Guil.idem Fran.ꝛ Jo.mo.ꝛ ibi:nō sint. Boa.dicebat ☞Mediolani.per iurisperitos interpretatū q̄ alienigena non natus in civitate vel diocesis nō oriundus natus in dioce.non in civitate q̄ verisorium est dicere.ꝛ ibi:pater.nō sic in auo.al.inquirēdus esset ager ☞Damasenus vbi natus ē Adā. vt nō.in pre.ℌ.filius.ꝛ in pre. l.filios.ꝛ vide .s.co.lib.de sepul. bis qui super glo.ij.ꝛ in fine.Archi.alle.ff.de ver.signi.pupillus.ℌ.icola.ꝛ.ℌ.adnena.ꝛ.C.de la.liber.tol.l.j.in prin. ¶ In gl.manifesti. ibi.argumenta cum fama.ꝛ hoc dicit Archi.sufficere quo ad constitutionem istam per eadem iura dat simile in hereticis.de hereti.ercōmunicamus.ℌ.j. ꝛ in adulterio .s. de adul.maritis. ¶ In glo.sic doctor.ibi:inquirere.dicit cleri.pi.q̄ premitti posset bannū q̄ omnes feneratores alienigene.j.certam diem exirent terrā sub certa pena.alleg. de clā.de spon.cum inhibitio.qui ma.accu.pos.cuz i tua. ¶ In glo.puta ibi:notare videtur.ad idez relatiuū..alio. nisi dicas q̄ ampliat p illud quocūq; facit quod nō. s.co. lib.de reli.do.ca.vno super.ver.ceterum.ꝛ ibi Guil.hoc placet Archid.que dicit q̄ idem tenuit Jo. de cesera magister suus.ꝛ in fi.vt in ti.j.c.vno. ¶ In glo.ſ.talibus i fi. concor.s.co.lib.de here.vt inquisitionis .ℌ. vlti.in prin. ¶ In gl.ſ.platoz.in fi.q̄ hic nō.Bar.ꝛ Joā.mo. ¶ In glo.vlti.in fi.ſm Guil.qui alleg. q̄ de christo legitur qui legem quam dederat carnaliter implenit.xxv.q. j.ℌ.si ergo circa medium.subdit q̄ sepe subditi conquerūtur q̄ allegantur eis oncra importabilia . que imponentes digito suo tangere nolunt.xxvj.q.vij.alligant.

Quamquam. ☞Divisio super prima glo. ꝛ dicit Boat.q̄ precedēs respicit alienigēas ista vero omnes dic ꝫ Frā. q̄ decre.precedens provident ne exigantur vsure. ista provident vt exacte restituantur.ꝛ subdit q̄ hec constitutio. vt thesaurus est seruanda per quam ad restitutionem vsurarum indirecte vsurarij compellantur.ꝛ repete q̄ viri.s.e. libro de foro compe.romana.ℌ.condentes in princi. ☞Receperunt. patet ergo q̄ si nullas vsuras receperunt q̄nis ad vsuras mutuauerint nō est locus huic constitutiom gaudet licet peccauerint ꝛ de peccato satisfacere teneantur ad nullam tamen restitutionem tenentur .caueat ergo sibi aduocatus qui ista constitutione vult vti ad viciandum testamētum vel sepulturam impediendam ne simpliciter formet articulum q̄ mutuauit ad vsuram.vt iam factum vidi.ꝛ si q̄ viri.s.ti.j.c.j. super ver.christianorum cum concor.sepe enim contingit q̄ qui fenerari incipit ante alicuius vsure exactionem moritur vel penitet ꝛ abstinet.quandoq; etiam nec vsuras recipit nec q̄z sortem. In his constitutio locum non habet.mandauerint.ex hoc tertu ꝛ eo q̄ dicit gl. nō.Guil.q̄ si sub excōmunicationis pena teneor alicui certa die aliquid soluere vel facere licet per proprium nuncium illud solui vel fieri mandauerim.j.diem non tamen excusor a pena si illud solutum vel factuz non fuit ad hoc. s.eodem libro de electi. si compromissarius in princi.alleg.in contrariuz.s.de pig.ex litteris puto q̄ allegare voluit decre.significante ver.soluens per nuncium verisimiliter fiduz excusatur a periurio si ille infideliter egit. Sed vt ibi patet obligatus remanet ad'solucēdum.ꝛ sic eget absolutione.j.de sententia excommunica.venerabilibus.ℌ. idem ꝛ quod ibi dicam.nihilominus idest non obstante q̄ sic mandauerant.cis mortuis.ꝛ licet dicatur q̄ mors omnia soluit in auc̄ .de nup.ℌ. disponat col.iiij.ꝛ q̄ cui communicamus vivo cōmunicemus defuncto.hoc hic non p dit.nec in alijs casibus quibus sepultura negatur . nō. de sepul.ex parte.i.nec isti etiam in vita communicari debebat in alijs sacramentis.vt in.c.quia in omnibus.de vsuris.nil dicit de interesse quia saltem quoad casum nostruz sufficit de vsuris caueri.ad quod alleg. Guil. imputāduz illi qui pecuniam ad vsuras recep̄. de iureiurā.debitores ꝛ.c.seq.in fi.ꝛ ca.ad nostram.ij.in fi. ☞Refert Archi.quosdam dicere vsurarium teneri restituere nō solum vsuras sed etiam quicquid ex illis lucratus est ratio quia corrupta sunt que ex corrupta radice procedunt.xiiij.q. v.nec q̄.j.q.j. principatus.Item cum vsura dicatur rapina.xiiij.q.iiij.si quis.ꝛ raptor tenet ad ista de resti.spo.grauis ergo ꝛ vsurarius.Sed quia vt dicit scriptum est qui nimis emingit sanguinem elicit prouer.xxx.in fi.ꝛ.s. de renūcia.nisi cum pridem.ℌ.propter malicias in fi.ꝛ.iiij.distin.deniq; .sufficere videtur restitutio vsurarū per rationez ꝛ iura in princi.allegata.ad que addas.j.q.j.in fi.C.de cōdi.inde.ꝛ de hoc nullum dubium quoad casum istū ꝛ idem quoad omnem casuz dixit Bart.in vene.lxxix.dicens sic dixisse T̄ā. ꝛ quia asserit quosdam theologos tenere contrarium scire debes q̄ Tho.secunda secunde questione. lxxviij. articulo.iij.tenet q̄ si res consumptibilis.ꝛ nō fructificans recipiatur pro vsura vt pecunia.triticum vel vinum. ꝛ similia sufficit restituere receptam. quia de tali re acquisitū ex industria est non ex fructu rei. tenetur tamen ad compensum damni. q̄ alter in bonis suis substinuisset per detentionem illius rei. Si vero non est vsu consumptibilis sed fructum ferens . vt ager domus ꝛ similia per vsuram extorta non solum rem sed ꝛ fructus perceptos ex re illa cuius non ipse sed ille domus erat sibi restituere tenetur. satisfactum.non pro eo q̄ dicam super ver. sit cautum.absentibus.idem si sunt in loco presentes sed ignorātur qui sint.vel quantum percipere vel propter multitudinem facile haberi nō possunt.vnde ita seruatur q̄ bis non requisitis ordinarius hanc cautionem recipit ꝛ interdum in talibus prouidetur per constitutiones sinodales dantes certam formam sed dummodo satisfactum esset huic constitutioni pene huius decre. locum non haberent pro eo q̄ illis statutis pari tamen non fuisset.vices gerenti. idest vicario.vt.j.l.officiali si haberet ordinarius officialem ac etiam vicarium in spiritualibus ad vicarium illum potius spectare videtur.facit.s.eodem.l. de tempo.ordi.cuz nullus.ℌ.ij.puto tamen per quecumq; ex eis fiat tenere.ꝛ sic seruatur cum ad officialis officium bene spectet cognitio ꝛ coertio restitutionis vsurarum sicut ꝛ aliarum causarum.etiam matrimonialium de cogna. spi.c.fina.habitat.satis est q̄ habitet licet civis vel icola nō sit . ꝛ de his. s.c.proximo.fide dignis. vide q̄ super.eo. verbo viri.s. eodē libro de hereti.filij.in fine.licet verbaliter.idest licitum est.ita q̄ illis.vide in Specu.de instru.edic.ℌ.nunc vero aliqua.quarta columna.versiculo.item pone.cum quidam. vbi videbis q̄ de sacerdote dubitabatur olim.ꝛ q̄ ibi addaz de questione.xiij.ꝛ de questione pilei.C.xviij.sit cautuz.s.de rap.super eo ꝛ per hanc ꝛ per superiorez que dicit si fuerit satisfactum dico sufficere quoad sepulturaz illius qui mandauit vsuras restitui per quēcūq; caueatur etiam post mortez.vnde caute nō dixit auctor cauerit hic ꝛ.s.satisfecerit quo autem ad validandum testamētū nō sic vt patet ex vlti.glo.ꝛ nō.in cle.de sepul.eos qui.in gl. si sint manifesta forsan cum vno solo cōtraxerint ꝛ manifesta est q̄titas q̄ exterior sit vel forsan habebat ministrum ad illud opus cum quo coꝛā multis facta ratione constat bene quantum exegit. ſp dicit Guil.q̄ istud denotat sempiternitatem negociorum non temporis sic. s. de restitu. in inte.c.j.ꝛ intendit q̄ sine aliqua excep. vel instātia quotiensc̄unq; q̄titas est manifesta.illa debet exprimi. In cautione

tione.i.instrumento cautionis.s.de fide instrumen. si cautio.exprimi.facit.ff.de prcto.sti.l.fi. vbi dicitur q in stipulationibus que qtitatiua res est promissionem habent cõmodius est certam sũmam exprimi. ¶ Quid si testator in testamento solẽniter expressit se pro vsuris recepisse.ecc.a.b.c.z alijs inominatis iubens illas restitui z cpm executorez fecit nec ꝺ illis tribus nominatis apparere potest q aliqd soluerint, disputando tenuit dñs meus q non obstante q legatum videatur incertum fauore vlt. voluntatis cps exequetur z hoc modo q: figillatim per iuramentum ab illis tribus inquiret qtum soluerint postea per edictum vocabit oes qui illi vsuras soluissent.vt de illis doceant z venie tibus dabit qtum se soluisse docebit z illi tres habebñt residuũ dabit pauperibus.eo.ti.cum tu. Si vero venientes totuz habuerint illis tribus ad qtitatem iuratam satisfacient heredes de sepul.c.vlti.de rap.in litteris si aũt nullus alius veniret dicebat q quilibet illoruz trium habeat quartam partem illius summe alleg.l.si quis titio.ff.de vsufruc.accre.z aliam quartam partez det pauperibus z non festinet in his pp superuenientes qui habere potuissent iustam causam ignorãtie.qui ma.accu.po.cũ in tua de re iudi.cum Bertoldus. et qꝺ de iuramento diri conuenit questio. Jo. de deo.z est secunda secundi libri qua querebat de vsurario qui fecit cũ titio ℨctum quem quia non fuerãt soluta in primo termino renouauit de pluri.z iterum de pluri.in fi.secundi termini in morte mandauit vsuras restitui apparent predicta instrumenta cãcellata z per testes deponitur illum fuisse vsurarium z q fama habet contractus illos fuisse vsurarios. z q ipsi sic credunt querebat quid inf.rñ.locum esse delatio ni iuramenti consideratis que habentur de iureiu.c. fina. Sed Archidia.querebat aliter an sufficeret repetenti vsuras probari mutuantem fuisse publicum vsurarium ante contractum z tempore contractus z post.z q consuenit eri gere instrumenta de duplo vero sortis.pro debitore inducebat.e.ti.cũ in dioc.z decre.illo nos.de pig. z que ibi scripsi post Hostien.super vlti.glo.z de homi.tua.z q ibi scripsi sup ver.inter signa.z de cle.peregri.c.ij. de here.excõmunicamus.§.vl.de presump.afferte.C. de rei vendi. iudicia.z q nõ.C.de vsu.cuz allegas in glo.sup falso. Pro creditore allegat q in dubio ℨ petitorem est iudicandũ de fi.instru.inter.nec sequitur si sic fecit alios contractus ergo istum immo presumi debet pro instrumento de ꝑsump. illud z ponderari debet forma z tenoz instrumenti.de prinil.porro de dona.cum dilecti.facit de spon.c.fi.nec incerta vel ambigua sunt iudicanda.xxx.q.v.incerta.z.xxxiij.di. habuisse.etiam si assistat conditio.ij.q.j.primo semper z de vsura quia crimen est debent fieri probatiões apertissime. ij.q.viij.sciant hanc partem tenuit vt in dubio stetur i verbis.instrumenti.ff.de exerci.l.j.§.si is qui. Sed hoc nõ approbatur in scholis. z in iudicijs reprobatur. ipse tamen. cautionem recipiens ordinarius vicarius vel rector parro chie.sed cum notarius recipit de ordinarij mandato quis tenebitur distingue vt in decre.s.eo.lib.de preben. si episcopus an ordinarius quantitatem illaz exprefferit necne. Religiosos.premittit istos tum fauor religionis.tum quia plus in illis delinquere consueuerunt si.in cle.de deci.c.j. z vide quod nõ.in cle.de senten.excõ.c.j.in glo.mendicantes.z facit.eo.ti.c.pe.z q dicam.j.de sen.excõ.c.fi.in vlti. glo.ad finem.sanctiones. sic dicte.quia pena adijcitur de boc.iij.dist.in sum.quandoqz latius ponitur in probemio cle.in princi.ecclesiasticam.vide q super eo verbo diri de sepult.sacris.z.s.eo.li.de here.c.ij.j.respon. z intelligitur boc de cimiterata.eo.ti.de sepul.c.j.in cle. Sepulturam. disputauit dominus meus q locus sit huic pene in his qui simulauerunt vsurarium sepelire qui non cauerat.cum tamen vere non illum sed alium vel nullum tunc hominem sepelliuissent satis probat hoc dictum ratio huius prohibitionis.certum enim est q sepultura solemnis non prodesset impenitenti.sicut nec vilis noceret penitenti. de sepul. sacris z q ibi diri in fi.ad illius ergo opprobrium z beredum z ad aliorum terrorem statutum est hoc in cuius elusionem fit hec simulatio que reducitur ad legis fraudẽ de qua priuil.quãto cum concor. Item si agentem non excusat simulatio boni q non facit multominus excusare debet simulatio mali q non facit.probatur primum de cele.mi. de homine. Item ex eo q isti malum exemplum dederunt alijs z scandalizauerunt ecclesiam excusari non debent a pena.xj.questione.iij.precipue de eo qui durit in matri.cũ haberet.ad confessionem.nimis durum est hoc nec statuerat hoc concilium lateranẽ.nec esset absurdum si exponeremus illud sine q statim sequitur pro. z tunc conueniret ℔ littera cum decre.q quidam de pe.z re.nam confessio peccatoris perseuerantis bene auditur z concilium datur.sed non absoluitur etiam ab alijs peccatis vt hic in glo.sed intelligatur q hic fallat illud generale z illud sine ponatur alternatiue.vt diri durum est z nõ seruatur q: hic pena nõ apponitur esset autem sensus q a tali confiteri volente querat sacerdos si vult saltem cauere aꝺ illum repellat z talis ruboz illum ad satisfactionem forsan inducet.patet autem q de manifestis tantum loquitur iste rigor. vsurariorum. de testamen.excõmunicatorum hic notant Bar.z Joan. mona.de quo nõ.j.de senten.excom. decernimus in vltima glo.z ibi dicam plenius super illa. enumerant autem predicti hic quosdam qui testari non possunt quos vide p Hostien.in summa de testa.§.quis possit z enumerati per eos bij sunt damnati ob crimen famosum.filiusfa. seruus furiosus mutus simul z surdus naturaliter vel qui renunciauit propijs profitẽdo. De heremita tenet q testari potest si non est professus religionis approbate.xix.questione iij.§.econtra multo plures scilicet.xvj.enumerat Guil.de instrumentum.edic.§.compendiose in prin. quorum.xiij. posuit Accur.ff.de testa.l.iiij.quia vero inter illos enumerantur capite damnati naturaliter vel ciuiliter qui nec testari possunt nec codicillari nec fideicõmissuz relinquere. vt patet.ff.de re.l.cius q.§.j.cum sequentibus.z.l.qui a latronibus.§.j.z.l.is cui.§.vltimo.de intuf.rup.z ir.te.si qs filio.§.irritum de leg.iij.l.j.§.bi qui disputauit. Joan.de monte mur.de dãnato de falso ad mille soluenda.j.triduum aꝺ decapitaretur qui postea testamẽto z codicillis quedam reliquit pro anima z ad pias causas z lapsa die tertia decapitatus fuit.an legata predicta debeantur.ad affirmatiuam allegat fauores z priuilegia talium legatorum que patent de te.cum esses z.c.relatum.C.de epi.z cleri. si qs ad declinandum.z.l.nulli ad.l.fal.auc̃.similiter .xxxiij.q. viij.quamuis de consue.ex litteris.sicut ergo illis casibus cessat rigor.sicut z isto maxime cum hoc ꝑm equitatem canonum terminentur. vt pre.c.relatum . nec est verisimile q lex intellexerit in illa prohibitione includere legata pro anima z si voluisset hoc non potuisset contra ius publicũ diuinum z canonicum. quia lex imperatoris est subter legem dei.x.di.c.j.ij.z.iij. Item ad casum facit.xiij.q.ij.c. vlt.z cle.de pe.c.j. Item iste spiritu dei ductus non subiacebat legi de regul.licet non obstat q diuinum perdit.cui respondetur perdere ad hoc de testa.z.c.relatum.ij.§.licet sic z in rogatu restituere si sine liberis decedat qui se z sua offerendo religioni preiudicat substitutio.de probationi.in presentia. cum concor. Ad negatiuam inducitur q leges prius allegate prohibente nec contrarium reperitur iure nostro ergo legi stetur.s. de noui operis nuncia. c.j. qua causa generaliter loquatur generaliter seruetur xix.di.c.j. Item lata sententia bona peruenerunt ad agnatos vel ad fiscum iurta distin.auten.bona.C.de bo. dam. ergo dispo.de illis facta est ab illo qui non potuit z sic pro non dato habetur.z cum de iurepatrona . q autem in fine.non obstat.q sententia lata fuit sub conditione quia q dicitur in decreta.propterea de appellatio. est speciale in sententia er.vnde in alijs aduenient contradictione retro dicitur quis damnatus.ij. questione. vj. biduum .ff. de bijs qui notantur.infa.l.furti nec iuuat q legata fuerint ad pias causas quia illa procedunt cum testator quod suum est legat.sed hic legat non suum.nec propter fauorem

talium legatorum debet alteri fieri iniusticia. de foro com pe. ex tenore. de do. inter vir. ⁊ vxo. nuper facit de accusa. qualiter de penis suam facit de vsuris. sup eo de deci. tua. j. q. prima. non est putanda. Soluit non valere nec deberi legata ꝫ ecclesijs vel ad pias causas facta sint. per decre. filius de test. hec vera nisi legata illa essent obligata restitutioni quia mala oblata certa. quibus debebantur vel in certa relicta pauperibus. quia tunc debentur non tam iure legati quam primene obligationis. Unde deducitur vt es alienum debitum deo. vel certis personis ⁊ que dei sūt reddenda sunt deo. de cleri. exc. ex parte. Licet ergo deferantur a lege ⁊ non iure successionis tamen transeunt cum suo onere de pig. ex litteris cum concor. ¶ Prima glos. summat. ¶ Secunda de questiõe remittit ⁊ soluit. ¶ Tertia soluit questionem cui debet satisfieri. ¶ Quinta glos. primo quid dedit causam constitutioni. secundo de vsurario non mandante nõ. duo. ¶ Sexta glosa nota. inducẽs duo iura. secundo dupliciter obijcit ⁊ soluit. ¶ Glo. paupertas declarat tex. secũdo querit opponit ⁊ soluit. ¶ Gl. vt secundum. prima exemplificat. secundo querit arguit ꝓ ⁊ contra. ⁊ soluit, distinguendo. ¶ Glosa intelligas soluit duo dubia. scilicet de quo loco. ⁊ quo ordinario. ¶ Glos. sic. s. allegat concor. reddit rationem ⁊ prorogat. ¶ Glo. nomine. primo soluit duo dubia. scilicet que cautio sit idonea ⁊ quid si idoneam dare non potest. secundo obijcit ⁊ soluit. tertio soluit alia duo dubia. ¶ Glos. j. si quantitas exponit querit ⁊ soluit. ¶ Ultima glosa primo exponit litteram. secundo querit arguit. pro soluit contrarium. tertio soluit obiectionem. quarto querit ponit opinio. sed aliter soluit. ¶ In glosa paupertas. ibi: si plures. plures habentes vnam actionem vel plures rei stipulandi vel plures argentarij quorum nomina simul facta sunt habentur loco vnius. ⁊ si funduz sequitur pignori accepisti. antequã reipubli. obligaretur. sicut priores tempore. j. potiores iure. ¶ Glo. vt ꝫ ibi: priuilegiata. vt miles pupillus ⁊ adultus. vt sequitur in glo. ⁊ ibi si procur. presentiꝫ. sequitur fuerit cautum ⁊ ex stipulatione actionem vtilez domino competere nemo ambigit ⁊ ibi. §. finali. superius allegato. ⁊ si possessio. ¶ In gl. intelligas. ibi. l. iij. que sic iacet dare ali quem pretor debet cui caueat. ¶ In glo. sic. s. ibi: euz pro quo. sequitur quis apud officium cauit exhibere cogitur. Item cum qui apud acta exhibiturum quem esse promisit. si officio non caueat ad exhibendum tamen cogitur. ¶ In glo. quia magis. ibi. §. si vero ignoti. ignoti in testes producti torquentur. ¶ In glosa idest ibi. l. generali. que dicit ꝙ seruus non potest esse tabellarius. ¶ In glosa. ergo. tabellio in fine. loquitur de stipulatione que fit pupillo absenti. ¶ In glo. nomine ibi: autem. generaliter. vide in c. statim alle. super glo. antepenulti. ⁊ ibi. §. sed hodie. dominus non satisdat de estimatione litis. sed solum de persistentia litis. per ius inf. vel nudum ⁊ ibi. l. ij. ar. iiij. in fine. vide. s. de treuga ⁊ pace. ⁊. c. j. super glo. penultima. ⁊ ibi: quos prohibet. prohibitus postulare per iudicem repelli tur etiam aduersario patiente. ¶ In glo. idest. si ibi: cum oportet. §. j. distinguitur an filiosa. obuenerit ex substantia patris an ex libertate fortune vel suis laboribus. In glos. propter. ibi etiam vide de re. eccle. non alienan. si quis presbyterorum. ¶ In vltima glo. ibi: si idem. non essent nomina diuersa si idem esset testamẽtum ⁊ codicillus. ¶ In prima glo. in fine. ⁊ sunt tres partes ꝫm Bar. ⁊ Joan. mona. primo prouidet quando sepeliendi sunt vsurarij manifesti. secundo ibi: omnes. punit facientes contrarium. tertio ibi: nullus. ponit duas prohibitiones ⁊ irritat testamẽta. ¶ In glosa. secunda. ibi: sacerdote. qui est inder istius quo ad respicientia forum anime de pe. distinctiõe prima quem penitet vltra mediuz. ver. qf. qui. ⁊ distinctione. vj. c. j. vltra medium. ver. caueant. ⁊. xj. q. iij. absit ⁊ ibi ⁊ testibus. querit Guil. quid si aliquis in presentia confessus est sacerdoti se vsuras extorsisse sed hoc est occultum nũquid sacerdos illi denegare debeat sepulturam heredibus nolentibus ad dictuz eius restituere. videtur ꝙ non quia nõ debet illum publicare. s. de pe. ⁊ re. omnis in fi. de pe. di. j. §. hoc ergo. ⁊ dist. vij. sacerdos. Item sibi id dicendi nõ crederetur. viij. q. ij. placuit. taceat ergo. ij. q. vij. plericꝫ debuit autem sacerdos illum inducere vt coram testibus confiteretur ⁊ caueret ita ꝙ ab heredibus exactio fieri posset. in contrarium ꝙ publice possit allega. ꝙ nõ. de testi. testimoniũ in glo. quando grauata. querit demum quid de occulto feneratore nec confesso. nec cauente ⁊ sic fuit sepultus in cimiterio an sit exhumandus cum postea pateat eum vsurarium respondent ꝙ sic de sepul. sacris. xiij. q. ij. non estimemus. ⁊. c. pro obeuntibus. de con. di. j. ecclesiã vbi ⁊. c. se. xxiij. q. ij. sane profert. vel vt dicitur non exhumabitur. sed heredes precise ad satisfactionem cogentur vt hic in vltima glos. ar. xxiij. dist. quorundam. C. si reus vel accu. l. j. ex quo ei viuenti communicatum fuit ⁊ eius oblationes recepte. s. eo. quia in omnibus. sed quid si eo casu ante sepulturam veniant debentes recipere sed heres vsurarij negat dicit ꝙ nisi probatio fit prompta sepelietur. postea lis suo marthe procedat al' cuicꝫ fas esset sepulturam alterius impedire ⁊ illum vituperare ꝙ a iure interdicitur. C. ō sepul. viol. l. fi. ⁊ autẽ. qui domum. in cõtrarium alle. ꝙ appellatio impediat sepulturam. s. de sepul. ex parte ibi soluitur in glo. secunda. ⁊ vide ꝙ super ea scripsi ⁊ ibi: libros. ad quos edendos cum de vsuris agitur hodie cogi possunt per cle. eo. titu. ex grandi. §. ceterũ vide ꝙ dicam. j. super glo. antepenul. ¶ In glos. iij. ibi: non extantibus vel non petentibus vel nõ curantibuꝫ hoc verum nisi remitterent ꝙ liberaliter ⁊ sine peccato partez vsurario supplicanti etiam pro remissione ⁊ partem soluẽti quia tunc liberatus esset ita ꝙ nec pauperibus solueretur ꝫm Gof. in sum. eo. titu. vltra meduz. ver. quid si vsurarius ⁊ Hostien. plenius in sum. eo. titu. §. fi. ver. quid si fenerator. ⁊ ver. se. theologi dicunt contrarium nisi totum soluant ꝙ potest locum habere ꝫm Bar. ⁊ Joan. quando totum soluere potest alias locum hꝫ primum dictum per litteram hic prout patiuntur facultates vide ꝙ dicam. j. de regulis iuris. peccatum super glo. ¶ In glos. dicebat. ibi: elusioni. dicebat ꝫ Guil. ꝙ isti feneratores de Tuscia dicebant ꝙ solum vltimus de genere damnabitur ex quo omnes predecessores mandauerant vsuras restitui ⁊ ibi: vires hereditatis. ⁊ non vltra si fecit inuentarium. C. de iure deli. sancimus ⁊ in auten. de here. ⁊ fal. §. hinc nobis ꝫm Guil. vide dubitari an in foro conscientie heres qui non fecit inuentarium teneatur vsuras restituere vltra vires hereditatis. Hostien. tenet ꝙ non in sum. de testa. §. pe. ver. quid si non sufficit ⁊. ij. ver. se. ⁊ ꝫ hoc id quod ipse notat. s. eo. tua nos ⁊ ipse ⁊ Ber. de rap. in litteris intelligatur in foro iudiciali. ⁊ constat ꝙ sepe hi duo fori discordãt. xvij. q. iiij. c. vlti. de resti. spol. litteras de spo. tua nos de sen. ex. inquisitioni. ad hanc materiam conueniũt que scripsi. s. de immu. eccle. quia plericꝫ in magna glos. pro hoc dicto facit littera hic prout patiuntur facultates ⁊ predicta decre. in litteris. s. de rescrip. cum similibus. Item cum iudicium dei imitatur veritati de sent. excom. a nobis. secundo. ⁊ in veritate plus erat in nobis si iste potest euadere iudicialem compulsionem que sequitur opinionem ex presumptione legis ꝙ plus fuerit in bonis ex quo omisit inuentarium. ex veritate ⁊ foro conscientie tutus erit. ad idem facit equitas qua nil deberet recipere debentibus cum defunctus non tenetur vltra facultates vt est dictum. ⁊ patet. s. eodem cum tu ergo nec heres ⁊ per hoc soluitur quod dici posset humanam legem factam ab eo qui potest si non nutrit peccatum. ligare in foro conscietie de quo per Tho. parte secunda questione. lxxxvj. argumen. quarto nouissime comperi hoc disputatum Perusij per dominum Federicum de Senis qui idez tenuit tali ratione quia inuentarium quo ad vsuras secundum leges que de inuentario statuunt non fuit heredi necessarium qui ex delicto defuncti non tenetur nisi quantum ex illo peruenit ad ipsum. C. ex delic. de. l. vna. ius aũt canonicum quod voluit heredem teneri. ⁊ si nil pue-

nerit er delicto equitate hinc inde pensata nõ artat vltra facultates vt hic ꝛ superius diri. quasi concludat ꝙ cum iure ciuili non teneatur. ꝛ ius can. cum non artet ad plus in foro conscientie non tenetur. ¶ In glo. est ergo ibi: er quo iste. de quo loquitur textus qui. s. mandant vsuras restitui. ꝛ ibi: ℔ pena. ꝑm Guil. hoc tamen intelligo de illo qui nesciebat se ad plus teneri vel non potuit plus facere quam mandare. ¶ In glo. paupertas. ibi: illam partem. ꝛ totam non habita ratione ne egeat vt nõ. eo. titu. cum tu in glos. antepenul. ꝛ ibi diri. qui concordant illas glo. ꝙ ℔ Archidiaco. ꝛ ibi Guil. idem cle. pi. ꝛ Archidiaco. ꝛ in fi. ꝛ not. s. e. tua. in prin. glos. ꝛ ꝑm hoc si diceremus bona hypothecata solutum esset ꝙ queritur an sufficiat vsurarium dedisse hypothecam bonorum suorum. ꝛ respondetur ꝙ non. quia ꝑm ad illa cautio nil addit tamen de hac hypotheca non habemus tertum expressum. ꝛ contra id facit ꝙ scripsi post Hostiē. super predi. glo. ꝛ si dicantur non hypotheca tunc aliquibus videtur hypothecam sufficere. pro quibus facit quod nõ. ff. man. si mandato titij. in glo. penulti. ꝛ procedit hoc dubium quando idoneam dare poterat al. non vt patet in glo. nomine ꝛ nõ. j. de penis. felicis. ℌ. cum autem in prima glo. ¶ In glo. vt serui ibi: vsufructu. quid si nudum vsum dic ꝙ ex re nostra nobis acquirunt. non autem ex opera. ff. de vsu ꝛ habitu per seruum in prin. ꝛ nõ. in stitu. per quas personas nõ. acquir. ℌ. j. ꝑm Bar. ꝛ Joan. mona. ꝛ ibi dixit Bar. ꝙ post eum Joan. mona. Guil. remittit ad nõ. in pre. l. ꝙ procur. ff. de procura. ꝛ in Specu. de procur. ℌ. vt autem. ver. ꝛ nõ. ꝙ large ꝛ ibi: si procur. ꝛ l. j. in fin. ꝛ ff. ꝙ cuiusꝙ vniuersit. l. finali. ꝛ si quis cau. l. pe. ꝛ ibi: pensionem. in fructibus de quibus. j. sequitur nõ dubitatur sed de pensione que non germinant ꝛ ex contractu debetur communiter. legiste contra. nisi in subsidium allegant. ff. de institutio. l. j. ꝛ de exerci. l. j. sed ex contrario. ꝛ idem Fran. ac. in. l. iul. al. inter eum. ℌ. si procur. ff. de actio. emptio. si. ꝙ scripsi de dec. pastoralis super prima gl. ¶ In glos. intelligas ibi spiritualibus. ꝑm Guil. ꝛ vide ꝙ scripsi de testa. Joannes. super ver. diocesanum ꝛ in fine. Guil. alle. de offi. ordina. pastoralis. in fine. ꝛ. C. de epis. ꝛ cleri. orphanotrophos. j. respon. ꝛ remittit ad Specu. de satis. ℌ. viso. ver. sed quis recipiet. ¶ In glos. sic. s. ibi: ꝑm Bar. Joan. mona. ꝛ Archidiaco. ¶ In glo. quia magis ibi: indigenis. dicit Archidiacon. ꝙ hoc ꝙ sint de parrochia non putat. de substantia. sed de bene esse vnde sufficiet ꝙ sint idonei. alleg. ad hoc. iiij. q. iij. ad fidem. iij. q. ir. si debitum. ꝛ quod nõ. iij. q. v. canonica in prima glosa. ꝛ ibi: saltem duo. xxxv. q. vj. ℌ. vltimo. dicit Archidiaco. dici posse ꝙ cum nulli fiat preiudicium videtur valere vnicus testis cum illo qui recipit cautionem ad id de conse. dist. iiij. parunlos in fine. ꝛ. c. cum itaꝙ. vbi de hoc. ꝛ. xxvj. q. vj. is qui bene facit. s. de testi. in omni. vt hic erigens habeatur pro teste. sicut ibi monẽs ꝛ istud satis puto si de nullius preiudicio ageretur. sed si dicat heres abintestato se heredem quia testamentum non valuit hic non posset negari preiudicium instituti ꝛ idem in similibus. ¶ In glos. interpositio in fi. quin posset acquirere in cautionibus iudicialibus. vide ꝙ scripsi de conuer. con. dudum post princi. vnde sic. j. limitatur eius potestas vt mandatum ordinarij requiratur ꝛ hoc propter taxationem ꝛ approbationem cautionis recipiende. de qua statim sequitur ꝛ vide ꝙ predixi super ver. ipse tamen. ¶ In glos. idest tabellioni. in fine. libro. r. concor. ff. de adop. non aliter. ꝛ. ff. de magistra. conueni. l. j. ℌ. pe. cum concor. ¶ In glos. nomine. idonee de illo qui promisit plene cauere vel ad sensum sapientis an teneatur fideiussores dare. vide in Specu. de emp. ꝛ vendi. ℌ. j. ver. quid si actum ꝛ ver. precedenti ꝛ nõ. j. l. statim alle. in vlti. glo. ꝛ ibi iuret. facit quod nõ. s. eodem. cum tu. in glo. pen. vide ꝙ supra diri super glo. paupertas in fi. Refert Guil. quosdam tenere cum non sepeliendum er quo cauere non potest idonee ꝛ sit iste rigor ad terrorem criminis. j. ℌ. omnes. ꝛ sufficit sic scriptum. licet perquam durum. vj. q. iij. scriptum. xix. distin. in memoriam. ff. qui ꝛ a qui. l. prospexit ꝛ in re dubia tutius est verbis seruire. s. de spon. Juvenis. ff. delega. iij. non aliter vel fiat vt dicitur in raptore. s. de rap. super ꝑm eum ꝛ ibi: non audietur. s. e. quia frustra ꝛ ibi: extorserat. allega. Joan. mona. ff. de nego. gest. similibus homo. in fi. de pig. actio. l. solutum. ℌ. solutam. ꝛ ibi: ꝑm Guil. ꝛ Bar. idem Ber. eo. titu. quia frustra ad fi. secunde glo. ꝛ ibi: ex sacerdatione. ꝛ si solum sacerdoti promisisset. ꝛ iurasset. vide remissi. quam dedi in ter. super versi. itaꝙ ipsis. Joan. de deo. libro. iij. q. viij. disputauit casum illius qui in testamento fecit duos fideicõmissarios mandans eis ꝙ restituerent certam summam quam male receperat faciens eos procuratores in rem suam ꝛ volens ꝙ etiam si viueret duraret illa potestas demum sanatus petit ꝙ sibi cedant omnes ius illis per hoc quesitum. ꝛ tenuit ꝙ id petere non potest cum illud non fuerit pure testamentum quod patere dixit ex verbis predictis. ¶ In glos. ꝛ si quantitas ibi respondeo idem cle. pi. ꝛ Guil. ꝛ ꝑm eum habebit etiam hoc locum quando italicus in prouincia Frãcia vel Anglia publice vsuras extorsit ꝛ de hoc publica fama est in ciuitate sua vbi moritur. Sed quid si hoc casu arbitratus est. postea non apparet prouincialis gallicus vel anglicus qui petat. dicit Guil. ꝙ ordinarius faciet sibi edi librum rationum illius ꝛ que ibi extorta inuenerit restitui faciet. facit cle. eo. titu. ex grandi. ꝛ dicit se sic quandoꝙ fecisse Jaco. de baisio disputando tenuit ad petitionem partis id fieri non debere. indurit decre. primam de probati. cum concor. ibi nõ. ꝛ satis est illi ꝙ hoc nulla. l. cauebatur. C. de colla. illam. ff. de priuati. l. iij. in fi. s. de transla. c. ij. Item prohibitum est res alienas rimari ne secreta patrimonij diuulgentur. C. de alimẽ. pu. pre. l. vlt. ꝛ nil durius quam paupertatis detegi vilitatẽ. C. quãdo ꝛ qui. quar. ps l. iij. libro. r. ꝛ index rimari volens posset prohiberi. C. de iure fis. prohibitum. eo. li. ꝛ in iuria est alterius domum ingredi illo inuito. ff. de iniuꝛ. l. ler cor. Judex ergo qui debet aliorum iniurias compescere illam non faciat. s. ō natex li. ven. c. vno. Formabat etiam. q. in eo qui satisfecerat hodie in satisfactionibus semper exiguntur libri rationem vel saltem promissio de illis tradendis ꝛ nõ. ꝙ decre. er grandi. ℌ. ceterum. non dicit ꝙ libri violẽter de archa tollantur. sed ꝙ per censuram ecclesiasticam illos edere compellantur. vt etiam ibi nõ. ¶ In glos. pñ. in fi. Idem consulunt Guil. cle. Archi. ¶ In glo. pe. ibi: vt. s. diri. vide ꝙ dixi. in tertu. Item cum confessio debeat esse integra vt patet. s. de pe. ꝛ re. omnis in princ. sic ꝛ absolutio debet esse integra. iste autem integraliter absolui non potest ex quo non cauet. ergo nulla fiet absolutio. nec enim nouit de eius opus imperfectum de baptis. maiores. ver. sed adhuc ꝛ in fi. verbum fuit. ℌ. ¶ In vl. glo. ibi ꝑm Guil. ꝛ Bar. Joan. mona. ꝛ Archi. ꝛ ibi. testamenta laicorum. ꝓ Guil. ꝛ Bar. ꝛ idem Joan. mona. ꝛ ibi: dixit hic Bar. ꝛ Joan. mona. ꝛ ibi cum suis concor. specialiter alle. Bar. ꝛ Joã. mona. ff. de testa. l. iiij. ꝛ. l. eos ꝙ apud hostes ꝛ. l. si filiusfa. que iura dicunt testamentum factum per filiumfa. pupillum seruum vel ab hostibus captum non conualescere. ꝓ ille mortis tẽpore esset sui iuris adultus manumissus vel reuersus ꝛ in fine. cõmuniter legiste non reciperent hoc dictum per leges. ff. de testa. superius allegatis ꝛ hoc in testamento in codicillis. bene. ff. de legatis. iij. l. j. ℌ. j. ꝛ vide ꝙ ibi nota. ꝛ. ff. de bonorum possessione. ꝓ tab. l. j. ℌ. ergit. volunt enim ꝙ testamentum valuerit vtroꝙ tempore scilicet factionis ꝛ mortis vt ibi: sed congrue videretur distinguendum. inter simpliciter prohibitos vt sunt illi de quibus supra diri. ꝛ monasteriũ vsurarium qui nõ est simpliciter prohibitus. sed solum viciatur testamentum ex defectu cuiusdam actus preambuli qui etiam non est de solemnitatibus que insint testamento nec pendet a voluntate vel potestate tertij hec verba que sic succincte in scholis solebam dicere declarando dico ꝙ papa vel concilium hic non prohibet vsurarium testari. sed solum prohibet alios interesse quasi commoditatem testandi sibi auferat non autem faciat ipsum intestabilem. vel afficiat ipsius personam. bene tamen irritat testamentũ ex defectu illius actus preambuli qui non est de solemnitatibus que insint

testamento cuz non in confectione testi sit necessario exhi
benda immo quando ꝙ prius prestari potest. z quod plus
est nec de ipsa tunc est necesse fieri mentionem cū hoc nul-
lo iure cauetur. j. de sentē. excō. is qui. ff. de prīua. l. iij. in
fi. ad hoc duo. dantur duo similia nam concilium quia ꝓ-
pter. de elec. dum dicit aliter electio facta non valeat non
per id infert eligentes fore ineligibiles actiue. Item si ele
ctio ibi fiat non contra essentialia forme sed contra ꝓeam
bula sicut est vocatio absentium bene conualescit per con
sensum contemptorum. co. titu. ꝙ sicut. s. eo. li. de ꝓeben.
cum in ecclesijs. Sic ergo z in proposito cum istud sit de
preambulis vt dixi. quod in fi. dixi actum illum non pēde
re a tertio. dictum fuit propter filiumfa. seruum vel captū
ab hostibus de quibus allegatum erat ad contrariuz. vbi
diceremus ꝙ hec constitutio faceret manifestum vsurari-
um intestabilem ante cautionem vel vellet ꝙ cautio esset ō
solemnitate confectionis testamenti planū esset �means leges
ꝙ alterum istorum casuum testamentum non valeret. nec
postea conualesceret. Ceruz est ꝙ secundo casu legata de
berentur in. iiij. casibus fauore libertatis. ff. de fideinf. li-
ber. in testamento. z alimentorum triennio prestitorum. C.
de fideinf. l. j. vel si dictum fuit ꝙ valeret iure codicillorum
ff. de testa. ex ea scriptura. C. de fideinf. ex testamento. z. l.
fi veritas vel si heres sciens defectum promisit vel solue-
re cepit. C. de testa. non dubium. Est z tertia causa que vi
ciat testamentum. s. viciuz institutionis hoc tamen nō ada
ptatur huic casui. tamen per eam bene arguitur ad predi-
cta per. l. filio. ff. de inuf. z ir. te. z per. l. qui soluendo. ff. ō
bere. insti. per quas leges probatur z de equitate testamē
tum etiam nullum conualescere sublata causa impediti.
que inducebat nullitatem non solum ante mortez sed etiā
post. cōstat autem ꝙ ius nostruz innititur equitati de transl
ac. c. fi. s. eo. li. de re. permuta. c. vno. z in cle. de ap. quam
uis in prin. nouissime comperi Nico. mactarelli in sua so-
lemni disputatione hanc partem tenuisse dicens finez isti-
us decre. intelligi ꝙ testamenta non valeant quod ad effe-
ctum alle. si. de rescriptio. per. l. vniuersa. C. de diuer. re-
scrip. que. l. canonicata ē. xxv. q. ij. apertius facit. l. vniuer-
sa. C. de pre. impera. of. qui dicit de rescrip. non aliter va-
leāt nisi fideiussio idonea super solutione debiti prebeatur.
z tamen illa postea prestita statim habent effectum. hic. tū
plus subditur. s. ꝙ sint irrita ipso iure. multum facit ꝙ effe
ctus decre. non leditur ex op. predicta. Item fauor qui de
betur. testamentis. s. de re iudica. c. fi. cuz concor. quia ca
sus iste multum occurrit. quando ꝙ contra heredes insti-
tutos peruenientes abinte. quando ꝙ per ipsos venientes
abintestato. z institutos volentes �means. l. illud. ff. de acquir.
heredi. elidere testamentum z ad here. abintestato ad ex-
cludendum substitutiones legata z fideicōmissa. ideo expe
diens putaui glo. sic defendi.

¶ De excessibus prelatorum. Rubrica.

Um ex eo. Diuisio super prima glo. ciuitatibus ꝛc. vi
de. j. de senten. excom. si ciuitas. locis
alijs. hoc etiā. j. repetitur per quod pa
tet hoc eis non licere extra ciuitates ca-
stra vel villas. de nouo vide ꝙ nō. s. e.
lib. de elec. generali. super. e. verbo. quo ad hanc decre. di
citur nouum quod fit post illam vt patet ex. v. glo. scanda-
la. ꝟ solent obuenire respectu clericorum vel aliorum reli-
giosorum quibus appropinquat. z ob ꝟ sunt multi religio-
si priuilegiati ne ad certam mensuram mēdicantes prope
eos locare se possint. clamores. dicit Archidiaco. ꝙ de cla
more habetur. ij. q. j. deus de acc. qualiter. ij. de testi. cum
clamor de collu. intantum. de predictis religiosis mendi-
cantibus. nullatenus. idest nullo modo z habetur idez. iij.
q. v. constituimus. Archidiacon. licentia. satis. fuerunt in
hoc largi romani pontifices quo ad ciuitates in quibus re
ligiosi mendicantes cuiusuis ordinis non habebāt loca.
vnde vidi priuilegia aliquibus ex eis concessa nominantia
vltra. x. ciuitates in quibus dabatur licentia acquirēdi no
ua loca. sed quando tractatur de mutatione locorum diffi
ciliores se reddet z volunt plenius informari. expressam.
de offi. delega. ex parte. ij. Archidiaco. de prohibitione. i.
de hac constitutione �means Archidia. vide ꝙ dicaz super gl.
secus. s. acquirendo noua loca ad habitanduz antiqua mu
tando vel alienando fine pape licentia facientem zc. ho-
minum habitatio. hoc est ꝙ solet inducere scandala. vt. s.
tetigi. ac mutare. intelligo non solum de prima mutatiōe
qua de conuentu vadunt ad heremum sed etiam de muta
tione loci heremi electi ad alium locum forsan aptiorem
ex causa. ¶ Prima gl. summat z dicit quid determinat.
¶ Secunda glo. dicit qui dicantur. mēdicantes. ¶ Ter
tia nō. querit z remittit. ¶ Glo. ergo nō. z remittit. ¶ In
glo. j. in fi. z tria facit ponit prohemium. secundo prohibi-
tionem cū decreto ibi: nos super hoc. tertio prohibitionis
determinationem ibi per hoc. ¶ In glo. iij. in fi. in glo. ve
terani. ¶ In glo. ergo. necesse. in fi. ibi etiam de hoc nota
uit Archidia. ponens ad litteram quod dicit Spec. de in
stru. edi. §. nunc autem ver. z scias vbi de priuilegio loqui-
tur z de rescripto. vide de rescrip. possunt. §. ratione cau-
se. ver. Item quod est cōtra ius cui placet ꝙ si in rescripto
vel priuilegio dicitur non obstante tali lege vel tali canone
de quo ponit Archidia. exemplum per decre. si apostolica.
s. eo. lib. de ꝓeben. omnia valent. si concedens habet ius
tollendi legem vel canonem vt princeps. ff. ne quid in lo.
pu. l. ij. §. si quis a principe. C. de testa. auc. hoc inter libe-
ros. ff. de excepti. l. iij. in fin. z. l. iiij. s. de rescrip. nonnulli.
ff. de leg. iij. si quis in princ. testi que. l. sic inducitur si primū
testamētum habet clausulam derogatoriam. secundo non
valet �means de primo non faciens mentionem. sed quelibet
legis vel canonis constitutio censetur habere clausulaz de
rogatoriam. C. de preci. impera. offe. l. nec damnosa. cañ.
xxv. q. ij. ergo rescriptum contra illam tenetur de illa face
re mentionem nec valet si non faciat. z tamen etiam hoc
casu quando fit expressa mentio videtur ꝙ si scribitur sup
materia non impetrabili expectari debeat. secunda iussio
cum presumatur rescriptum falsum de confir. vti. vel in-
uti. correcta. ad id i auc. de man. prin. §. illud. col. iij. z in
auc. vt nulli iudices. §. z hoc nō. iubemus. colf. viij. Et li-
cet quidam dicant solum duobus casibus procedere quod
dicitur de secunda iussione. s. quando rescriptum est cōtra
vtilitatem publicam vel quando non habet subscriptionē
glosi questoris vt in predi. §. z hoc not. z in auc. sacras
iussi. sub here. glos. que tamen alijs videtur ꝙ etiam alijs
casibus non impetrabilibus locum habeat ab idemtita-
te rationis auferetur ergo tale rescrip. de manibus exhi-
bentis. C. de paga. sa. z tem. eorum. l. iij. qui tamen loqui-
tur quando ius publicum offendit. Si vero dicatur nō ob
stante aliqua. l. diuerse sunt hic opin. ¶ Speculator dicit
loquendo de priuilegio ꝙ fore nō sufficit hec clausula nul-
la. l. specificata. ff. si quis cau. l. sed z si quis. §. quesitum de
procura. qui ad agendum in prin. eo. libro. ff. de acquiren.
hereditа. l. si quis mihi bona. §. iussum z quod nō. de eta.
z qualita. accepimus in vltima glo. facit. xxij. questio. ij. ne
quis. s. de resti. spo. audita. z. C. lib. x. de pensi. bonorum.
sub. l. ij. de confir. vti. vel inuti. bone. de do. z contu. c. ij. ō
offi. deleg. ex parte. ij. cui concor. ff. ꝙ vi aut clā. l. j. §. de-
niq; vbi dicitur nullam exceptionem admitti. z tamen ad
mittuntur. iiij. hoc intelliges per nō. de resti. spo. Item cū
quis in fi. j. glo. coniuncto ꝙ ibi addidi ad hoc facit. s. eo.
lib. de excep. pia. z. j. de sen. excō. constitutionem. Item si
cut pater nominatim dz exheredare filiuz. ff. de libe. z po
sthu. l. ij. sic princeps qui iuris est pater nominatim exhere-
det legem vel canonez pro hac opi. facit quod nō. Lynus
contra litteras legatorum pro priuilegijs fororum. C. quā
do impera. inter pu. z vi. lege. vna. ¶ Secūda opi. habet
ꝙ valeat etiam in genere. quia tantuz valet genus quoad
omnia quantum species quoad speciem. ff. de adminis tra.
tutorum si plures. z. l. si duo in fine. vbi equiparantur
in totum denegasse. vel in ea re tantum de qua agitur que
comprehendebatur in toto facit. C. de qua. prescriptio.

